

## Codice Diplomatico Longobardo I, 77

+ In Dei nomine. regnante domnos nostros Liutprand et Helprand uiris excellentissimis regibus, anno regni eorum uigensimo nuno et sexto, mense decembrio, per inductione nona; feliciter. Filicaus uir uenerabilis presbiter tibi ecclesie beatissimi sancti Quirici, sita in fundo Arno ubi uocabulum est uico Pontoui prope fluuio Arme, perpetuam salutem dixet. Et ideo Deo autorem bono animo hac spontanea uolumtate mea, ego qui supra Filicaus uir uenerabilis presbiter, clarum est eo quod a paucis diebus comparationem feci de aliquantula terrola prope ipsa sancta Dei ecclesia beatissimi Sancti Quirici, qui posita est, ut supra dixi, prope fluuio Arme in locum qui uocator Pontoni, et ibi edeficaui cellula, ubi nunc hauitare uideor. unde modo consideraui seculi stius decessionem, disposui ipsas res meas offerre Deo et beati sancti Quirici. ideo do et duno ad ipsa predicta ecclesia Sancti Quirici ipsa suprascripta terra cum casa, uinea, oliuetis, siluis, tam intus quam foris, coltum uel incoltum, uel quod adhuc Deo propitio conquirere potuero. omnia et in omnebus ad ipsa ecclesia tradedi possedendum, in eo tenore, ut, dum ego qui supra Filicaus presbiter aduiuere meruero, in mea uolo esset potestatem faciendi quecumque uoluero. et si mihi aduineret ille persona qui mea uolumtate faciat, ut ipse post ouito meo in ipsa cellola uiuere diueat ad ipso sancto loco seruiendum. et iterum meum complacuet animum de Tanuara ancilla Dei, qui mecum est, si super me uixeret, liceat ei sine aliqua taxxationem in ipsa cella uiuere et ad ipsa sancta Dei uertutem seruiendum. ut ab hodierna die habeas et possedeas ipse sanctus locus, et numquam a me neque ab heredibus meis neque a qualiuet hominem aliquando tempore disrompi possant, set iure quieto ipse sanctus et uenerauilis locus ualeas possedire. Quam uiro donationis seo offertionis me pagina Achipert notarium scriuere rogaui; ubi et supter propria manus mea suscripsi. Actum Luca, regnum et inductione suprascripta; feliciter. + Ego Filicausu presuiter in ac donationis cartula a me facta propria manus mea subscrispsi. Signum + manus Cunicaus germano ipsius consentientis. Signum + manus Filipert germano ipsius consentientis. Signum + manus Chispert filio quondam Ghiselm testis. Signum + manus Sintifrid de Sclito testis. Signum + manus Teusprand filio Alisei testis.